



ILLUSTRISSIMO PRIN-  
CIPIS AC DOMINO,

DOMINO FRI-  
DERICO IV.  
COMITI PALATINO  
AD RHENVM, S. ROM. IMPE-  
RII ARCHIDAPIFERO ET ELE-  
ctori, Duci Bavarix, &c. Domino suo  
Clementissimo.



ILLUSTRISIME Princeps Ele-  
ctor, Domine Clementissime, Nisi nota  
esset Ill<sup>ma</sup> Celsitudini Tue tota vita  
mea; prolixè me excusarem, quòd ego  
homo Theologus, quasi oblitus vocationis meæ, & Ma-  
thesin excolam, & ejus generis scripta in lucem edam.  
Nec enim dubito, quin multi sint hoc studium meum ca-  
lumniaturi, nisi paratam mihi apud Ill<sup>m</sup> Celsitudinem  
Tuam defensionè esse sciant. Et certè, si ego tempus, quod  
meditationi rerum divinarum debeo, in dinumerationè  
istorù conferrem, culpa minimè vacarem. Nunc autem,

(a) 2

quando